

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae VII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

verbis, nec minus ornate, epist. sequenti: *Multum interest, utrum laus imminuatur an solus deferatur.* Nec dissimile admodum illud epist. 5. *Te videre, et sentire, eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus; ex tuis litteris intellexi.*

Similitudo] Ob amicorum infidelitatem.

Si ea non timuerim, quae ne tu quidem unquam timenda duxisti] Promulgata Catonis rogatione de abrogando tibi Ciliciae imperio, non timui: quia nec tu, me patria pulso, timueras; cum sperares futurum, id quod euenit, ut ea mihi calamitas etiam honori esset: quae me spes aequae nunc in rebus tuis consolatur.

Præsta te eum] Fac ut te tui similem agnoscamus: fortem animum habeas, quem semper habuisti. Significat id, quod in epist. sequenti: *magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cuiusquam iniuria.*

A teneris, ut Graeci dicunt, vnguiculis] A pueritia: dixit enim in epistola sequenti: *ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura, atque industria consequare.* saepe hoc Cicero legerat in Graecis libris: nos egemus exemplis. Plutarchus tamen ἐν τῇ περὶ παιδων ἀγωγῆς, c. 5.

ἐξ ἀπαλῶν, inquit, (sic enim est in antiquo libro nobilissimi, et eruditissimi iuuenis Io. Vincentii Pinelli) *δύσχωρ ἀγαπᾶσι τὰ τέκνα.*

Illustrabit] Elucet enim virtus in aduersis.

Studia officiaque] Recte coniunguntur. potest enim et sine officio studium, et sine studio officium esse: cum animi studium sit, officium opera probetur; et studium sine officio parum profit, officium sine studio langueat. sic epist. sequenti: *De consularibus nemini possum aut studii erga te, aut officii esse testis.* Lib. 5. epist. 5. *Homo omnium meorum in te studiorum, et officiorum maxime conscius.* Lib. 15. ad Attic. epist. 14. *Ex omnibus, mi Dola-bella, studiis in me, et officiis, quae summa sunt, hoc scito mihi et amplissimum videri, et gratissimum esse.*

Non fallam opinionem tuam] Simile illud, quod, augendae copiae gratia, subiungam, lib. 3. epist. 10. *Omnia volo a me et postules, et expectes: vincam meis officiis cogitationes tuas.* Et apud Nonium, in fragmento Ciceronis epistolae ad Caesarem iuniorem: *Posthac, quod voles a me fieri, scribito. vincam opinionem tuam.* Quae scilicet co-pertinent, ut ostendatur, morale quiddam esse, et decere in primis, epistolas claudere significatione beneuolentiae.

EPISTOLAE VII.

ARGVMENTVM.

Respondet ad ea, quae Lentulus quaesierat. Et quamquam moralia quaedam admiscuntur: tamen, quia reductio regis praecipua scribendi causa fuit, (id enim spectandum est) inter negotiales epistolas referatur. Diuiditur in partes octo. Prima est, de suo in primis

erga

erga Lentulum amore: altera, de amicorum fide: tertia, de Alexandrina e uffa: quarta, de suis in republica capeffenda confiliis, et hominum confularium inuidia: quinta, cohortatio ad gloriam, atque confiantiam: fexta, de reipublicae ftatu: feptima, de Tulliae filiae fuae Crasfipedisque nuptiis: oétaua, et ultima, de Lentuli filio. Pompeio, et Crasfo iterum coff.

EXPLANATIO.

Quem tu me effe uoluiffi] Si uolo dignus eo loco effe, in quem me, inimicorum iniuria pullum, tua uirtus reftituit.

Temporum] Biennium iam aberrat Lentulus.

Quoties] Antiqui et lapides, et libri, in his etiam Mediceus, quotiens. quod fi probamus: eadem ratione dicendum erit, deciens, uiciens, centiens, milliens, et fimilia, me quidem non libenter affentiente.

Qua quisque in te fide fit, et uoluntate] Fide, ad amicos perúnet: uoluntate, ad omnes. uel, de iisdem quaerebat Lentulus, et qua fide, et qua uoluntate effent. nam infra: et fide, et animo fingulari. Nifi me fallit aurium iudicium, fuauior hic eft numerus, quam, quod aliis placuit, qua fide quisque in te fit, et uoluntate. opinioni noftrae cum alii non pauci, tum ille etiam infigni uetuftate Mediceus liber fuffragatur.

Maxime debuerunt] Perfidiám faepe accufat. Epift. 1. Si effet in tuis fides, in quibus maxima effe debebat; non laboraremus. Epift. 2. Dignitatem noftram, ut poteft in tanta hominum perfidia, et iniquitate, retinebimus. Epift. 5. Te uidere, et sentire, eandem fidem effe hominum in tua dignitate, quam ego in mea falute fum expertus; ex tuis litteris intellexi.

Plurimum iniure potuerunt] Confulares uidetur deferibere: de quibus infra; De confularibus, nemini poffum aut ftudii erga te, aut officii, aut amici animi effe teftis. Et epift. 5. Amicum ex confularibus neminem tibi effe uideo, praeter Hortenfium, et Lucullum: ceteri funt partim obfcure iniqui, partim non diffimulanter irati.

Inuidiffe dignitati tuae] Infra: quem illi effe in principibus facile funt paffi, uolare altius certe noluerunt.

In re diffimili] Infra: multum intereff, utrum laus imminuatur, an falus deferatur. Et epift. 6. Minore in re uiolatur tua dignitas, quam mea falus afflicta fit.

Noftri quondam] Cum eieétus patria fum, tum eorum odio, quos reipublicae cauffa laeferam, tum eorum inuidia, quorum auctoritatem, dignitatem, uoluntatemque defenderam. quod idem tibi, quamquam diffimili in re, contigit.

Ex magistratibus L. Racilius] Loquitur de magistratibus anni fuperioris: dixit enim, quo quidem tempore: et infra, temporibus illis, id eft, Marcellino et Philippo coff. Racilius autem eodem anno, quo Lupus, tribunus plebis fuit, ut conftat ex lib. 2. ad Q. Fr. epift. 1. Lupum uero tribunum plebis fuiiffe Marcellino et Philippo coff. plane cognofcitur ex epift. 1. et 2. non

potest igitur hoc anno Racilius tribunatum plebis gerere: cum epistola scripta sit Pompeio et Crasso II. cons. post decretum Caesari stipendium, et auctum legatorum numerum: quae facta esse Pompeii et Crassi secundo consulatu, Appianus et Dio docent. Tribunum plebis Plutarchus in Probl. negat magistratum fuisse: idque multis argumentis probare conatur. nec dissentire videtur Liuius: apud quem lib. 2. c. 56. Appius consul clamat, priuatum tribunum plebis esse, sine imperio, sine magistratu. Sed vtrumque refellit Cicero et hic, et lib. 1. de Orat. c. 7. cum ait: *Exierant cum ipso Crasso adolescentes duo, C. Cotta, qui tunc tribunatum plebis petebat, et P. Sulpicius, qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur.* In Bruto c. 43. *Ita tacitus (Crassi) tribunatus, ut, nisi in eo magistratu cenauisset apud praecorem Granium, idque nobis his narrauisset Lucilius, tribunum plebis nesciremus fuisse.* In orat. pro Quintio c. 20. *Per eum magistratum, qui auxilii causa constitutus est.* Sallustius in Iugurtha c. 37. *P. Lucullus, et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur.* Apud Nonium Fenestella: *Vt magistratum inierunt tribuni plebis, C. Cato Prolemaeo regi, et Lentulo consuli assiduis concionibus inuidiam concitare coepit.* Asconius quoque: *Inuocore tribus Gabinus coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret.* Mirari etiam aliquis fortasse possit, cur tribunis plebis purpuram adimat Plutarchus; cum in orat. pro Cluentio c. 40. legantur haec de tribuno plebis Quintio: *Fa- cete, ut non solum mores eius, et*

arrogantiam, sed etiam vultum, atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram recorderemini. Sed cogitare licet, vel de sua tantum aetate locutum esse: luctarchum, in qua tribuni plebis, imminuta iam potestate, purpura non vterentur; vel Ciceronem in Quintio notasse, quod ille sibi, neglecta consuetudine, per singularem arrogantiam assumpserat. Nam, quod ait Plutarchus, lictoribus non vsum esse tribunum plebis, ideoque constare, magistratum non fuisse: refellitur exemplo censorum, qui lictores non habebant, et tamen non modo magistratus censura fuit, verum etiam, quod negare arbitror neminem, inter maiores magistratus.

Et fide, et animo singulari] Multi enim fauent, ut fidem praestent: animus tamen singularis non est. Respondet ad illud, *qua quisque in te fide sit, et voluntate.*

Officii maiorem auctoritatem habere videatur, quam sententiae] Fauere me tibi, fortasse homines arbitrantur, non quod ita sentiam, sed quod beneficio tuo vincetus, ingratus esse non possim. id aperte significat in prima: *Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus.*

Videatur] Videri possit.

Aut studii erga re, aut officii, aut amici animi] Ostendi iam, inter officium, et studium quid intersit. minus autem est, *amici animi*, quam *studii*: cum in aliquem amico esse animo possimus, nec tamen ei studere, aut eius causa laborare. itaque hoc significat: in consularibus non modo studium erga te, aut officium, sed ne amicum quidem animum perspexi. Et ut hic, ami-

CUS

cus animus, minus, quam amor, significat: sic, non amicus animus, minus quam odium valet: vt lib. 2. ad Q. Fr. epist. 3. *Crassus aderat tum, Miloni animo non amico*, pro, leuiter infensus.

Pompeium] Consulatum hoc anno cum Crasso gerentem: quod infra patet.

Non solum a me prouocatus] Tribus modis legitur in antiquis libris: *non solum a me prouocatus*: recte: *non solum me prouocante*: et hoc recte: *non solum me prouocatus*: vt in Mediceo, et aliis: mendose.

Sua sponte] Libenter Pompeium purgat: veretur enim, ne qua Lentulo de eius cupiditate suspicio haeserit. Epist. 1. *In senatu palam sic egit causam tuam, vt neque, etc.* Epist. 2. *Ipsam cum audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis.*

Temporibus illis] Cum ageretur in senatu de Ptolemaeo reducendo, Marcellino et Philippo coff. scripta enim est haec epistola Pompeio et Crasso coff.

Non saepe in senatu fuisse] Quod esset cum imperio, curationi frumentariae praepositus. ingredi enim urbem, quod iam dixisse me arbitror, non licebat iis, qui cum imperio essent.

Non saepe] Interdum enim, qui erant cum imperio, petebant a senatu, vt ingredi urbem liceret. itaque Pompeius, quod epist. 1. declarat, egit Lentuli causam in senatu: et, vt laudaret P. Sextium reum, introisse eum in urbem, legitur in epist. 9. quod aliis quoque probatur exemplis.

Quod facile intellexerim] Nota erat Lentulo Pompeii taciturnitas,

et simulatio: vnde illud epist. 5. *Nosti hominis tarditatem, et taciturnitatem.* propterea Cicero, ne dubiam sequi coniecturam videatur, hoc addit: *quod facile intellexerim.* Quasi dicat: nec enim suae voluntatis, vt solet, obscura signa dedit. infra: *perspectus est a me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis, et commodis cogitare.*

Sapientia] Quia retinendam viri excellentis amicitiam sapientissime iudicaueris.

Visa est] Proprie, *admirabilis visa est*: fortasse non item, *incuranda visa est.* nec tamen, *incuranda*, alio referri potest. sed interdum in scribendo ea, quae longius distant, ad proxima verba accommodamus.

Liberalitate] Significatur, quod in epist. 1. scriptum est: *cum summa testificatione tuorum in se officiorum.* et in eadem infra: *quod eum ornasti.* Liberalis autem in Pompeium Lentulus fuerat, cum de frumentaria curatione ad eum deferenda et egerat consul, et obtinuerat.

Opinionem suae cupiditatis] Ortam ex eo, quod eius familiares omnes de re Alexandrina ei mandanda vehementer contenderant. epist. 1. et 2.

Te ab se abalienatum] Moneo lectorem, in nullo vetere libro sic legi, sed aut abesse, *te*, aut esse, *tuae*, non *te*, vt in Mediceo: quod mendis suspicionem auget. praeterea, pro, *ab se*, antiqui omnes libri, ii quidem, quibus ego nunc vtor, habent, *abs te*. quod eruditorum iudicio perpendendum relinquam: tantum feci, vt veterem scripturam fideliter ostenderem: quod officii mei ratio postulare videbatur.

Epistola] Cum dicatur, *epistolium*, et *stola*, Graece autem ἐπιστολή,

scdā, cur non dicam, *epistola*, potius quam, *epistula*? veteres quidem libri varie: et Mediceus non minus saepe, *epistola*, quam, *epistula*.

Retinuisti] Iam tibi tua liberalitate deuinctum, illa epistola retinuisti. Pergit in translatione: quia dixerat, *tibi deuinctum*.

Suspiciosissimo] Quo suspicio maxima fuit, Caninium tribunum plebis inducunt a Pompeio, rogationem ferre voluisse, ut Ptolemaeus ab eo, cum duobus tantum lictoribus, reduceretur: quod a Plutarcho litteris proditum legimus. Et hanc rogationem Cicero significat lib. 2. ad Q. Fr. epist. 6. *Quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. neque enim res probatur, et Pompeius noster in amicitia. P. Lentuli vituperatur. Puer affui, cum hunc locum Egnatius publice interpretaretur. probabat, Catoniano potius, quam Caniniano, adductus in hanc opinionem ex his verbis epist. 5. Exorta est nefaria Catonis promulgatio. sed inde nulla potuit in Pompeium, quasi cum Catone sentientis, existere suspicio: cum Cato ipsi Pompeio, aequae ac Lentulo, fuerit infensus. itaque in eadem epist. Pompeius a Catone asperere et acerbe est accusatus. et lib. 2. ad Q. Fr. epist. 3.*

Perspectus est a me] Confirmat illud, quod facile intellexerim; ut omnem prorsus de Pompeio suspensionem tollat.

Sententia, atque auctoritate] Et id sentit, quod scribam; et, ut efficias, auctor est.

Adempta sit] Quae tibi data est eo senatus consulto, quod, te consule referente, factum est.

Auctoritas] Quae sit senatus auctoritas, ostendimus epist. 2.

Intercessum] A tribunis plebis, ex quo fieri non potuit senatus consultum, sed remansit senatus auctoritas.

Ne quis omnino regem reducere] Quod Seruilius Isauricus anno superiore censuerat. epist. 1.

Tantum vim habet] Verbum, *tantum*, minuit hic potius, quam augeat: ut lib. 8. epist. 10. *Sin non erit istic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut successores, paucis additis copiis, sustinere possint.* Et lib. 15. epist. 14. *Si qua sunt onera tuorum, si tanta sunt, ut ea sustinere possis.* Tusc. 2. c. 27. *Vr gentibus asperis et odiosis doloribus, si tanti non sint, ut ferendi sint, quo sit confugiendum, vides.* Pro lege Manilia c. 6. *Ceterarum provinciarum vectigalia tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus.* Apud Caesarem lib. 6. de bell. Gall. c. 35. *Praesidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit.* lib. 3. de bell. ciu. c. 2. *Tantum nauium reperit, ut anguste quindecim milia legionariorum militum, quingentos equites transportare possent.*

Iratorum hominum] Ob regiam largitionem. epist. 1.

Studium] Recte, de iratis hominibus *studium*; de constanti senatu *consilium*, dixit. impellimur enim studio, consilio regimur.

Qui Ciliciam] Cilicia Lentuli provincia vocabatur, cum tamen simul Asiae partem administraret. argumento est illud in epist. 9. *De Quinti fratris negorio scribis, te priore aestate, quod, morbo impeditus, in Ciliciam non transferis, conficere*

conficere non potuisse. Partem autem illam Asiae Lycaoniam, Pamphyliam, Phrygiam fuisse crediderim, sed Phrygiae partem, non uniuersam. ad Appium lib. 3. epist. 10. *Haec in eo grauitas, haec animi altitudo fuit, non modo ut Phrygia alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominum maleuolis de mersimoniis crederet.* Cicero autem, qui, post Lentuli successorem Appium, Ciliciae praefuit, maiorem utroque provinciam habuit, nam tres praeterea dioeceses Asiaticas sibi attributas esse, ait lib. 13. epist. 67.

Cyprumque] Post legem Clodiam, Pisone et Gabinio coss. latam, Cyprus insula a Lentulo simul cum Cilicia est administrata. et quia Cyprus et Cilicia Aegypto propinquae sunt, ideo longe melius, quam Cicero, et Pompeius, qui Romae erant, perspicere Lentulus poterat, quid efficere, et quid confici posset.

Si res facultatem habitura videatur] Si res posse perfici, et exitum habere videatur.

Tenere] Obtinere, potiri, ut epist. 1. *Teneri enim res aliter non potest.* infra idem aliis verbis: *Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri.*

Ptolemaide] Opido Alexandriae propinquo. Mediceus liber, et alii fere omnes, *Ptolomaide*, et infra *Ptolomaicus*: quod non probaui. nam et Graeci e in secunda syllaba, non o ponunt: et ita *Ptolemaeus* a πολεμῶ deducitur, ut *Timaeus* a τιμῶ: quod ostendit lib. 2. Priscianus.

Aliquo] Recte: quamquam nonnulli veteres libri habent, *alio*: quod inde natum est, quia scriptum videbant, *alico*: sic enim et Mediceus liber habet.

Atque exercitu] Non ut Ptolemaeum cum exercitu reducas, sed ut, eo Ptolemaide aut aliquo propinquo loco collocato, ipse cum exercitu Alexandriam profectus, regem cum Alexandrinis in gratiam restituas. ita nihil commiseris neque contra senatus consultum, neque contra religionem: non enim regem cum multitudine reduces.

Pace] Te auctore facta inter Ptolemaeum, et Alexandrinos.

Praefidiisque] Ut Alexandrini, praefidii metu a te relictis, pacem feruent.

Firmaris] Ne noua consilia suscipiant. leues enim, et infidi Alexandrinorum animi, utpote qui bis iam Ptolemaeum eiecerant.

Redeat in regnum] Non a te reducatur, ne contra senatus voluntatem committas, sed, Alexandria prius a te pace, praefidiisque firmata, ipse redeat.

Initio censuit] Facto senatus consulto, te ipso consule referente. epist. 1.

Homines religiosi] Potest de quindecimuiris, id est, de sacerdotibus Sibyllinos libros custodientibus, hoc dicere; qui a C. Catone tribuno plebis ad populum producti, oraculum exposuerant: potest etiam de ipso Catone, qui eos produxit. cum ironia certe, *homines religiosi*. dictum est: quasi de religione minimum laborarent, sed honesto nomine maleuolentiam, inuidiamque suam obtenderent. unde illud epist. 4. *A tuis inuidis, atque*

atque obrectatoribus nomen indu-
ctum fictae religionis. Et epist. I. *Senatus religionis calumniam, non religione, sed malevolentia, et il-
lius regiae largitionis inuidia com-
probat.*

Sibyllae placere] Quod cum se-
natus aut credidisset, aut se credere
simulasset, decreuit, ne quis regem
cum multitudine reduceret.

Ex euentu] Eadem sententia in
orat. pro Postumo c. I. *Hoc, inquit,
plerumque facimus, ut consilia
euentis ponderemus, et, cui bene
quid processerit, multum illum pro-
vidisse, cui secus, nihil sensisse di-
camus.* Veteres libri mei, *ex euen-
tu*: Mediceus, *ex euento*. utroque
modo recte. infra: *ut te ex no-
stris euentis communibus admonen-
dum putarem.* In Partit. c. 9. *Si
cuiusque facti, et euenti causa
ponitur.*

De tuo consilio] Regis redu-
cendi.

Existimatuos] Nota verbi si-
gnificatio: sed interdum accipitur
pro iudicare, ut hic: nam infra
iubungitur: *redeo ad illud, quod
initio scripsi, totius facti tui iudi-
cium non tam ex consilio tuo, quam
ex euentu homines esse facturos.*
In Pruto c. 21. *Quorum exstant
orationes, ex quibus existimari de
ingeniis oratorum potest.*

Si cecidisset, ut volumus] Infra
idem aliis verbis: *si rem istam ex
sententia gesseris.* translatum vi-
detur a talis, modo ut volumus,
modo contra quam volumus ca-
dentibus: ut volumus, cum iactus
vnus tali senionem efficit; vel,
cum quattuor talorum iactus, di-
versa cuiusque facie, Venerem fa-
cit: contra quam volumus, cum

vnus talus in iactu canem facit,
aut cum quattuor numquam Vene-
rem ferunt, simili facie duorum,
aut trium, aut omnium talorum:
nam, ut dixi, omnibus dissimilem
faciem ostendentibus, felicissimus
est iactus, quae vocatur Venus.

Sin aliquid] Libri veteres, et-
iam Mediceus, *si*, pro *sin*: vnus, *si
quid*: quod placet.

Esset offusum] Si difficultatem
res habuisset, et Alexandrinis re-
gem recusantibus, ventum esset ad
arma.

Cupide, et temere] Antitheta
sunt, ad illa, *sapienter, et fortiter.*
Cupide, quasi reductionem regis,
ambitione adductus, nimium appe-
tisset; *temere*, quasi rei difficulta-
tem parum considerasset.

Quid assequi possis] Possis ne
rem conficere ex animi sententia.

Prope in conspectu] Non enim
Cilicia longe admodum distat ab
Aegypto.

*Si exploratum tibi sit, posse te
illius regni potiri*] Quod paullo
ante dixit, *si res facultatem habi-
tura videatur, ut Alexandriam,
atque Aegyptum tenere possis.* Po-
tiri autem non est hic, armis ex-
pugnare: sequitur enim infra:
*go te, ut ad certam laudem ad-
hortor, sic a dimicatione deterreo:*
sed est, *obtinere*, ut Alexandrini se
tibi committant, voluntatique tuae,
in recipiendo rege, obtemperent.

Si ERN. Sin dubium] Et hic ve-
teres libri, simul cum Mediceo, *si
dubium.*

Offensionem] Si Alexandrini di-
micare malint, quam tibi se com-
mittere, regem reducere cupient.
proxime: *sin aliquid esset offen-
sum.*

Aucto.

Auctoritatem] Senatus. decreuerat enim, ne quis omnino regem reduceret.

Religionem] Quia vetabat Sibylla, regem cum multitudine restitui.

Certum] Si exploratum habes, posse te illius regni potiri.

Laudem] Omnes enim te ex euentu laudabunt.

Periculosa tibi videbitur] Visa est. non enim consilium illud Ciceronis, et Pompeii secutus est Lentulus.

Qui per provinciam, atque imperii tui provincias ei credidissent] Per provinciam Ciliciam, cuius proconsul vocabatur, et reliquas eius imperii partes. nam praeter Ciliciam, aliquot eius imperio dioeceses Asiaticae parebant, ut Lycaonia, Pamphylia, Phrygiae maioris pars ultra Macandrum. Cicero tres amplius habuit, cum eandem provinciam regeret: ut ipse scripsit ad Seruilium lib. 13. epist. 67. *Credidissent*, pro, pecunias ei mutuas dedissent. magnam enim pecuniae vim Ptolemaeus, a quibus potuerat, mutuatus erat; ut multorum deinde animos largitione ad suam causam adiungeret.

Fidem suam praestitisset] Non opinor hoc dici: pecuniam persolvisset: non enim soluendo rex erat, prius quam in regnum reduceretur: sed, causisset de fide sua: effecisset aliquo modo, ut eius fides in dubium illis venire non posset. epist. 9. *Vt fidem fratris mei praestarem*. lib. 5. epist. 11. *Quamcumque ei fidem dederis, praestabo*. lib. 2. de Divin. c. 37. *Virtutis auspiciis video esse sum Deiotarum: quae vetat spectare fortunam, dum praestetur fides.*

Adiuuare] Non, ut ipse cum classe, atque exercitu Alexandriam proficiscaris, ut eam pace, praefidiisque firmes: quae ratio rei gerendae periculosa videri potest: sed ut ipsum Ptolemaeum, in regnum redeuntem, et auxiliis tuis, copiis adiuues. Est autem *auxiliari*, afflicto atque egenti subuenire; et in aduersa tantum fortuna locum habet: *adiuuare* autem de secundis etiam rebus usurpatur: nec aliud est, quam, simul agere, ut aliquid ad exitum perducatur. quod *συνοχεῖν* Graecis est.

Naturam et regionem] *Naturam*, quod multis rebus provincia tua redi, in regis vel confirmare possit, vel impedire: *regionem*, situm, quia non longe distat ab Aegypto. paullo ante: *cuius prope in conspectu Aegyptus est*. sic autem coniungit hic *regionem*, et *naturam*, ut in Rullum, et in Verrem, *situm*, et *naturam*.

Quid res, quid caussa] *Res* causam continet: totum enim Alexandrinum negotium significat: *caussa* vero partem negotii, quae ad Lentulum, regemque pertinet: id est, ut Lentulus ipse regem reducat. hoc satis probatum est epist. 1.

Tempus] Quo saepe consilia recte mutantur: non enim licet nobis futura prospicere.

Facillime] Cui prope in conspectu Aegyptus est.

Optime] Non enim errare te tua prudentia patietur.

De nostro statu] Quod praesina. fruar et dignitate, et gratia.

Milonis] Qui tribunus plebis cum Lentulo consule Ciceronem restituerat, Clodii acerrimus inimicus.

Leuitate]

Lenitate] Cum aliquid quotidie contra leges, et bonos viros conetur.

Imbecillitate] Quia, quod conatur, efficere non possit. aduersabantur autem nefariis eius conatibus Cicero in primis, et Milo, ille consilio, hic etiam manu.

Artificem] Opus enim tuum est, quod ego meum statum recuperaverim, quod Milone familiariter utar, quod ita Clodii vires afflictæ sint, ut in summa nocendi voluntate, nocere tamen nihil possit.

Quamquam] Excusatio, quod se in tuenda republica ad Pompeii maxime voluntatem conformet, temporibus admonitus, et quorundam inuidia, qui tamen eum in reditu iuuerant, compulsus, erant enim factiones in republica duæ: in vna Caesar, Pompeius, Crassus, de sua potentia laborantes; a quibus dissentire, periculosum Cicero videbat; in altera optimates: qui licet de republica optime sentirent, Ciceroni tamen, nouo homini tantam gloriam, ac dignitatem adepto, inuidebant, atque etiam obtrecebant. quos in epist. 9. significat his verbis: *Certorum hominum sermones referebantur ad me: qui, cum illa sentirent in republica, quæ ego agebam, semperque sensissent; me tamen non satsfacere Pompeio, Caesaremque inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant.* Notat autem maxime Bibulum, Catonem, Domitium Ahenobarbum, Marcellinum, Caesari Pompeioque infensos.

Peruersitas] Minus est, quam improbitas. est enim quasi declinatio quaedam a recta consilii via.

In communi causâ] In eo, quod ad omnes pertinet, in republica tuenda.

Inuidendo] De quo sic lib. 4. ad Attic. epist. 1. *Qui nos absentes defenderunt, incipiunt praesentibus occulte irasci: aperte invidere.* Et ibidem epist. 5. *Ego mehercule mihi necessitatem volui imponere huius nouae coniunctionis; ne qua mihi liceat labi ad illos, qui etiam tum, cum misereremur mei debent, non desinunt inuidere.*

Obtrectionibus] Quaerit excusationem sui facti. nam quia Caesarem coeperat ornare; quod optimates non probabant, quibus nimia paucorum potentia merito suspecta erat: non se sua sponte a pristina sententia discessisse, sed quorundam maleuolentissimis obtrectionibus depulsum esse demonstrat. Ornamenta autem, quæ Cicero in Caesarem contulerat, ut ex orat. de prouinc. c. 11. cognoscitur, hæc sunt. supplicatio quindecim dierum, stipendium exercitus, decem legati. quæ Cicero sua sententia decreuit.

Sententia] Cum in defendenda republica dignitati potius meae, quam salutis, consulcbam: ex quo potentium animos offendi.

Prope] Non omnino: quia dignitatis adhuc rationem habeo.

Depulsos] Quasi per vim, ab invidis, atque obtreclatoribus.

Aliquando] Sero quidem, (potentium enim conspiratione in exsiliu pulsus, nimis magna mercede didici, salutis quoque rationem esse habendam) aliquando tamen.

Consularibus] Quos sæpe carpit lib. 4. epist. ad Attic.

Splendor]

Splendor] Vitae species, ac dignitas. epist. 9. *Hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem, et speciem huius vitae inveniuntur, sollicitudinem autem, et laborem perspicere non possunt.*

Temporibus iis] Quae, in patriam restitutus, secunda sum adeptus. infra res aduersas, vocat *tempora*.

Nascenti prope] A prima paene adolescentia.

Praefuisti] Hoc verbum abest ab omnibus antiquis libris; in Mediceo additum est recenti manu, deleto alio verbo: quod suspicor fuisse, *virtutisque*. nam in omnibus meis ita scriptum video: *laudi, dignitati, virtutisque*. Mendosus igitur locus: cum omnino verbum aliquod sententia desideret.

Novitati] Arpini enim natus, Romae summos honores, victis in petitione nobilissimis viris, eloquentia, probitate, industria consecutus est. Novitati nobilitas opponitur: ideo subiungit: *in te enim, homine omnium nobilissimo*. Et lib. 5. epist. 18. *Adeptus es, quod non multi homines novi; amissi, quae plurimi homines nobilissimi*. Et lib. 4. in Ver. c. 37. *Nae ista praeclara nobilitas desinat queri, populum Romanum hominibus novis atque industriis libenter honores mandare, semperque mandasse.*

Homine omnium nobilissimo] Non quia Lentulus Cornelia gente patricia (fuit enim et Cornelia plebeia) natus esset, verum quod eius maiores honoribus, et meritis in rempublicam praestitissent. non enim, *nobilis*, et *plebeius*, sed *nobilis*, et *homo novus*, opponuntur. neque Lentuli, Scipiones, Caesares,

ideo nobiles, quia patricii, sed quia claris maioribus orti. eademque eadem causa quamquam plebei generis, nobiles tamen Antonii, Metelli, Marcelli. itaque *adolecentem nobilissimum* vocat Cicero M. Antonium in orat. pro Milone c. 15. L. Marcium Philippum, *summa nobilitate hominem*, in Bruto c. 45. quos plebeiis gentibus natos esse, nemo, Romanarum gentium vel mediocriter peritus, ignorat. quocirca nec omnes patricii nobiles, (multorum enim obscuri maiores) nec omnes plebei ignobiles: cum plebei multi parentibus, aui, maioribus clarissimis orti sint: non quidem semper, verum, a quo tempore plebeiis etiam gentibus honores communicari coepti sunt. Eademque ratione nec senatores omnes nobiles, nec qui senatores non essent, omnes ignobiles, siquidem *nobilitas* ita definitur, claritas nominis a parentibus, aui, maioribus accepta: quae nec patriciis omnibus, nec senatoribus contigit, multis autem contigit non patriciis, et multis nondum senatorium ordinem adeptis. propterea Plinius lib. 33. c. 1. *anulos depositos a nobilitate, non a senatu uniuerso*, in annales relatum ait. Quibus verbis, quis non intelligit, diuersa esse, nobilitatem, et senatum uniuersum? quia scilicet non senatus uniuersus et senatoribus nobilibus constaret. Quod autem saepe nobilitatis nomen pro senatu, in urbanarum turbatum mentione Liuius usurpauerit, in eo maiorem senatus partem, parentibus, aut maioribus insignem, pro toto senatu accepit. *Nobilitas* tamen interdum accipitur non pro nobilibus viris, id est, claro genere ortis, verum pro ea fama, quae

quae sequitur virtutem: vt in orat. pro Archia c. I. Ipsi illi philosophi, etiam illis libellis, quos de contemend. gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo praedicationem, nobilitatemque despiciunt, praedicari de se, ac nominari volunt. Ad hanc significationem spectat illa definitio Ciceronis in epistola ad Hirtium: *Nobilitas nihil aliud est, quam cognita virtus*. Ex qua definitione, Cicero etiam ipse, nulla maiorum claritate, nobilis tamen est: habet enim virtutem, qua famam consequitur. Atque hanc solidam, et veram esse nobilitatem, illam vero, quae a maioribus accipitur, et generis potius, quam hominis est, inanem et falsam, indicat lib. 3. epist. 7. his verbis: *Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paullo diligentius (vt, quid sit ευγενειας, quid sit nobilitas, intelligas) Athenodorus, Sardonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis*. Ex illa autem priore definitione, cum novus homo sit, nobilis esse non potest: posteris tamen suis fons, et origo nobilitatis est, adeptus illos magistratus, vnde nobilitas nascitur.

Perspexi] Simile illud epist. 9. *Vidi ego quosdam in te tales, quales tu eosdem in me videre potuisti*.

Noluerunt] In eo maxime, quod obtulerunt, ne regem reduceres: id quod, te consule referente, senatus decreuerat.

Vtrum laus imminuatur] Tantum enim de tua dignitate agitur, mea vero salus afflicta est. Epist. 6. *Minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta sit*. Epist. 9. *In molestia gaudeo, cum*

fidem te cognosse hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.

An salus deferatur] In verbo, deferatur, inest significatio perfidiae: de qua sic epist. 9. *Vt iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt; non minor est in iis, qui reliquerunt*.

Meae] Meae fortunae, quod cietus sim.

Curasti] Cum ita me honorifice restituendum curasti, vt maior esset in reditu gloria, quam calamitas in discessu.

De fortuna] Recte, de fortuna: tantum enim illa, quae fortunae bona dicuntur, non simul virtutem, optimamque mentem eripere poterant inimici, ex quo illa praeclara in Clodium Parad. 4. *Nisi forte, cum parietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, meorum aliquid ruere, aut deslagrare arbitrare*. Nihil neque meum est, neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. Si mihi eripuisses diuinam animi mei constantiam, meas curas, vigilias, consilia, quibus respublica te inuitissimo stat; si huius aeterni beneficii immortalem memoriam deleuisses; multo etiam magis, si illam mentem, vnde haec consilia manarunt, mihi eripuisses: tum ego accepisse me confiterer iniuriam. Sed, si haec nec fecisti, nec facere potuisti: reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit, non exitum calamitosum.

Te vero moneo] Quia recte sentientes, aduersa fortuna perturbati, consilium quandoque mutant; ideo, cum iniuriam, Lepulo illatam, exposuit, cohortationem subiungit, *uentus,*

veritus, ne deficeat Lentulus a pristina causa, studiumque defendendae reipublicae deponat. hinc illud epist. 5. *Tuae sapientiae, magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, et dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare.* Hic testatum esse volo, in vno tantum antiquo libro legi moneo, in ceteris omnibus, etiam in Mediceo, emoneo. quod verbum quamquam vsu parum cognitum est, omittendum tamen, consensu tanto veterum exemplarium, non putavi.

Omni cura, atque industria] Studio, atque opera.

Semper sum admiratus, semperque amavi] Quod et summa esset, et vilis reipublicae.

Insestas] Insestasse tamen Cicero ipse paullulum videtur. dixit enim: *nos scito de vetere illa nostra, diuturnaue sententia prope iam esse depulsos.* Quamquam se non abiicisse curam reipublicae significat sequentibus verbis: *non nos quidem, ut nostrae dignitatis simus obliti.* Et in extrema fere epistola Lentulum hortatur, ut ipse quoque ita rationem habeat dignitatis, ne salutis obliuiscatur. Quare, *ne unquam insestas*, interpretemur, ne unquam ita mutes, ut reipublicae causa penitus neglecta, cum improbis te, singularem potentiam cogitantibus, coniungas.

Magna] In hoc ornamento, quod sit eodem verbo ter usurpato amplificationis gratia, discedere epistola videtur ab humilitate quotidiani sermonis, et ad similitudinem orationis accedere.

Hominum opinio] Cui non respondere turpe est.

Liberalitatis] Quod officia libenter in omnes conferas: ut supra: *tua praestanti in eam liberalitate tibi denictum.* Vel ad aedilitatem respexit, in qua Lentulus summam liberalitatem ostenderat: quam Cicero effert laudibus lib. 2. de Offic. c. 16.

Consulatus tui] Quo me ab exilio, ipse Clodia rogatione, revocasti.

Quanto expressiora, quantoque illustriora] Expressa patenti oculis, quia eminent: illustria multo etiam magis, quia splendorem habent.

Ex imperio] Hoc addit, quia multis imperium, quod vel augendae, vel tuendae reipublicae causa dabatur, et ipsis, et reipublicae decori, damnoque fuit.

Quamquam] Et hic tacite monet, ut de Ptolemaeo cum exercitu reducendo diligenter consideret.

Quod quia semper sperasti] Sperasti fore, ut adipisceris gradum civitatis altissimum: quem quando adeptus es, non dubito, quin intellegas, cum te facillime tueri, et conservare posse. certe enim facilius nunc est, id retinere, quod adeptus es, quam fuit olim adipisci, quod sperabas.

Facillime] Cum adeptus iam sis, quod facillimum non fuit.

Obtinere] Tueri, et conservare: dixit enim, *adeptus.* *Optinere*, quidam scribunt: quorum opinioni suffragatur hic Mediceus liber, conuersa B in P, ut etiam lib. 2. epist. 5. *opsecrare, optestarique.*

Summum, atque altissimum] Exornatio quaedam est, *πλεοναχμὸς*, a Graecis appellata, cum iterantur verba,

verba, idem significantia. quo genere abundat Cicero, idque notat Quinctilianus lib. 9. c. 3.

Quae quidem mea cohortatio] Respicere oportet ad superiora; vt intelligamus, duas res ea cohortatione contineri, primum, vt elaboraret Lentulus in gloria consequenda; deinde, ne cuiusquam iniuria debilitatus, a praestantibus curis ad humiles cogitationes animum deiciat.

Ex nostris euentis communibus] Idem enim contigit vtrique nostrum, vt eandem hominum perfidiam et iniquitatem experiremur. itaque putavi te admonendum, ne cuiquam posthac facile crederes, neue in aliis, sed in te ipso, et in cura, industriaque tua spem omnem collocares augendae dignitatis tuae. omnem, inquam, gloriam ab omni cura, omnique industria tua velim expectes, minime pendens ab eorum officiis, in quos tua non vulgaris merita exstiterunt. id quod ego meis temporibus didici: quorum imaginem video in rebus tuis.

Quibus crederes] Morale praeceptum, vt ex malo eliciatur bonum: cognita enim perfidia, non esse credendum, monet.

Qui plus opibus, armis, potentia valent] Caesar, qui Galliam cum exercitu administrabat; Pompeius, et Crassus, cum Caesare sentientes, qui consulatum gerebant.

Profecisse tantum mihi videntur] Saepe mihi non placet Medicus liber, vt hic: habet enim, *perfecisse tamen: et supra, sententiasque, pro, sentiasque.*

Stultitia] Stulti enim, qui a senatu et ordinem equestrem, et Pompeium abalienauerint. epist. 8.

Inconstantia] Quod in gratiam redierint cum P. Clodio, quem oderant antea. ex quo Cicero ipse alienatus ab optimatum causa, et stipendium Caesari, et decem legatos, et quaecumque potuit, Caesari ornamenta decreuit: vt in orat. de provinciis c. 11. Designat autem Catonem, Bibulum, Domitium Ahenobarbum, et vniuersam eorum factionem, ita infensam Caesari, vt propterea cum Clodio, qui Caesaris potentiam oppugnare coeperat, in gratiam redierint. ita, dum Clodium ad suas partes adiungunt propter Caesarem, Ciceronem a publica causa propter Clodium remouerunt.

Aduersariorum] Optimatum.

Auctoritate] In senatu: cum antea gratia valuerint apud populum.

Perpauis] Catone, Bibulo, Domitio, qui semper contra paucorum opes pro republica pugnarunt. Plutarchus, Dio, et alii.

Ne per populum quidem] Quem sibi Caesar adiunxerat, diuiso pauperibus campo Stellate, et Campano.

Sine seditione] Non enim populus vniuersus id Caesari tribuisset, quod senatus, qui ab eo fuerat alienior, largitus est.

Se posse assequi arbitrabantur] Verbum, *posse*, nec in meis antiquis libris est, nec in Mediceo: itaque suspicor additum ex ingenio: cum sine eo tamen sententia consistat.

Consecuti sunt] Et quidem ipso decernente Cicerone. quod hic dissimulat, veritus fortasse, ne Lentulum offendat, aut ne famam subeat inconstantiae; cum optimatum causam aduersus paucorum opes antea

antea defendisset. orat. de provinciis c. 8.

Stipendium] Et stipendium, et legatorum numerum, et supplicationes senatus decernebat sine populi suffragio. quae Cicero significat in epist. 9. cum ait, singularibus, et nouis honoribus, ac iudiciis senatus ornatum esse Caesarem. idque exponit aperte in orat. de provinciis c. II. his verbis: *Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus: non decreui solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboraui: multa dissentientibus respondendi scribendo affui.* Stipendium autem a senatu impetrare, in tantis angustiis aerarii, non facillimum fuit: quod ex eadem oratione conieci. dixit enim c. 5. *Vidētis, non temeritate redemptionis, aut negotii gerendi inscitia, sed auaritia, superbia, crudelitate Gabinii, paene afflictos iam atque euersos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis aerarii, tamen subueniatis ne esse est.* Hac de re sic in ea pro Balbo c. 27. C. Caesarem senatus et genere supplicationum amplissimo ornauit, et numero dierum nouo. Idem, in angustiis aerarii, victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decreuit: lege Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarum et princeps et auctor fui.

Decem legati] Quorum opera in bello vteretur, quique singulis legionibus, singuli praessent. id quod Caesaris Commentarii testantur. in orat. autem de provinciis c. II. hoc modo: *Attum est de decem legatis, quos alii omnino non dabant, alii exempla quaerebant,*

alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant. in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intelligerent, me id, quod reipublicae causa sentirem, facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem. Decem autem fuisse Caesaris legiones in Gallia post prorogam ei alterum in quinquennium prouinciam, declarat ipse lib. 7. de bell. Gall. c. 90. Nouem enim assignat nouem legatis: ipse unam secum, Bibracte hiematurus, retinet. Hirtius etiam lib. 8. c. 54. et 55. decem legiones nono Gallici imperii anno Caesari fuisse demonstrat, quarum duas Pompeio traditas esse, quattuor in Belgio, totidem in Aeduorum regione collocatas. Idem plane confirmat Suetonius in Iulio c. 29. his verbis: *Cum aduersariis pepigit, ut, dimissis octo legionibus, Transalpinaeque Gallia, duae sibi legiones, et Cisalpina prouincia, vel etiam una legio, cum Illyrico concederetur, quoad consul fieret.* Et Plutarchus in Pompeio decem Caesaris legiones nominat. Verum, his omnibus legionibus, si Suetonium c. 24. audimus, non videtur a senatu stipendium esse decretum. *Ad legiones, inquit, quas a republica acceperat, alias, priuato sumtu, addidit.* Plutarchus non distinguit; tantum, prorogam prouinciam, supeditatasque in stipendia militum pecunias, demonstrat. Sed, ut redeam ad legatos; numerus a senatu decernebatur; deligendi, et nominandi potestas aut penes eum erat, qui prouinciae praeerat; aut in eo certe senatus gratificari consuevit iis, quibus legati, reipublicae gerendae causa, legabantur. Decretos a senatu, orat. pro Sextio

c. 14. docet his verbis: *Quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso, Ciso, nemone mutauit? ne isti quidem, quos legatos non modo nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu, tute tibi legasti?* Et in Vatinius c. 15. *Quis legatos umquam audiuit sine senatus consulto? ante te nemo: post continuo fecit idem in duobus prodigijs reipublicae Clodius.* Delectos autem, et nominatos ab iis, quibus imperium provinciae mandabatur, indicant exempla, quae subiungam de multis pauca, ne satietatem habeat prolixa narratio. lib. 2. ad Attic. epist. 18. *A Caesare valde liberaliter inuitor in legationem illam, sibi et sim legatus.* In orat. de provinciis c. 17. *Postea me, ut sibi essem legatus, non solum suasisit, verum etiam rogauit.* lib. 4. ad Attic. epist. 15. *Messius defendebatur a nobis, e legatione reuocatus. nam eum Caesari legarat Appius.* Ad Thermum autem scribens, lib. 13. epist. 55. *legationem ait a se delatam Anneo, cum multis eam petentibus denegasset.* Pertinet eodem illud de Pompeio scriptum curationi frumentariae praeposito lib. 4. ad Attic. epist. 1. *Ille legatos quindecim cum postularer, me principem nominauit.* Officium autem legati, si quis quaerat, quale fuerit, discet ex oratione in Vatinius, in qua c. 15. legatos Cicero vocat, *nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilii auctores, ministros muneris provincialis.* Quod si, quae fuerit apud Romanos legatorum dignitas, libet indagare: multa bella suscepta, multas vrbes eorum caussa, deletas esse reperie-

mus. de quo sic in orat. pro lege Manilia c. 5. *Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, exstinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem, vinculis, ac verberibus, atque omni supplicio exercitatum necauit?* Quibus verbis etiam illud constat, quod ex Liiuo quoque, et aliis intelligitur, multis post consulatum legationis honorem esse delatum. In Verrem autem actione secunda lib. 1. c. 31. *video, inquit, et ex iis, quae legi et audiui, intelligo: in qua ciuitate non modo legatus populi Romani circumfessus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit: nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici, atque inferri solere.* Quo loco Pedianus ait, ob legatos bellum indictum, illatumque esse Corinthiis, et Tarentinis.

Lege Sempronia] Nec satis patet, quae fuerit Semproniae legis sententia; et, si ignoretur, locus hic erit ad intelligendum perdifficilis. quare primum de lege, deinde, quae locus requirit, diligenter exponam. C. Gracchus, Tiberii frater, in ea lege, quam de provinciis tulit, tria comprehendit, vnum, ut senatus consulares provincias decerneret, id est eas, in quas consules, magistratu functi, sorte proficiscerentur; alterum, ut quotannis; tertium, ut, cum decerneretur, intercedere nemini liceret. Prima duo capita ex oratione pro domo cognoscuntur, in qua c. 9. sunt haec: *Tu provincias consulares, quas C. Gracchus, qui vnus maxime popularis fuit, non modo non*
absulit

abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum, lege sanxit: eas, lege Sempronia per senatum decretas, rescidisti? extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipublicae pestibus? In ea pro Balbo c. 27. *Senatus, in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit.* Tertium caput in oratione de provinciis animaduerti, in eo loco c. 7. *Faciam, inquit, illas praetorias, ut Pisoni, et Gabinio succedatur statim. Si hic finat. tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest.* Nam id, nunc non potest, ad legem Semproniam pertinet: qua non licebat intercedi, cum de successione provinciarum decerneretur: quod illa, quae paullo post consequuntur, verba c. 8. demonstrant: *mibi credite: numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit.* Venio nunc ad Ciceronis verba. Proximo anno agitatum erat in senatu, ut consulares provinciae duae lege Sempronia a senatu decernerentur, non eius anni consulibus, qui videntur provincias recusasse, sed iis, qui designati nondum erant, qui postea fuere Pompeius, et Crassus, ex interregno creati. Quattuor erant provinciae, quas obtinebant ii, qui consulatum gesserant, Galliae duae, vno imperio coniunctae, quibus praecerat Caesar; Syria, quam Gabinus; Macedonia, quam Piso administrabat. De his quattuor, cum duas tantum lege Sempronia decerni oporteret, variae sententiae dicebantur. erant, qui utramque

Caesari Galliam eriperent, et a frequentis anni consulibus, ubi consulatum peregrissent, administrari vellent. alius neque utramque Galliam, neque Syriam cum Macedonia, sed vel Syriam, vel Macedoniam cum altera Gallia decernebat. Rursus erant duae sententiae, utraque Pisoni Macedoniam relinquens, utraque Gabinio Syriam auferens, sed altera vltiorem Galliam, altera citeriorem cum Syria coniungens. Contra omnes Cicero sensit. dixit enim sententiam, ut Caesar utramque Galliam vsque ad exitum quinquennii, lege Vatinia datum, obtineret: Gabinus, et Piso decederent. Harum sententiarum nulla valuit: nec eo anno consulares provinciae lege Sempronia decretae. id ex eo liquet, quod in utraque Gallia Caesar permansit, in Macedoniam autem praetorius iuit, non consularis, Q. Ancharius, qui statim Pisoni successit: Gabinus in Syria mansit, opinor quod ei, qui praetorias Macedoniam, et Syriam faciebat, de Macedonia permissum, de Syria vel negatum a senatu, vel intercessum a tribuno plebis. Atque haec duabus ex orationibus, de provinciis consularibus, et in Pisonem, fere omnia colliguntur: quae putauimus explicanda, ut intelligatur, cum provinciae consulares anno superiore, id est, Marcelino et Philippo coss. ab senatu decretae non essent, hoc saltem anno, Pompeio et Crasso consulatum gerentibus, decerni debuisse: quod tamen ne fieret, facile perfectum est, consulum videlicet opera, qui Caesaris causam tuebantur, cum Pompeius ei gener esset, Crassi vero filii cum Caesare, Marcus eius quaestor, Publius legatus in Gallia mili-

tarent. quod si de consularibus provinciis lege Sempronia decernendis actum esset; timendum erat consularibus, ne in eam sententiam plures irent, quae Caesari Gallias adimeret. itaque cupierunt, idque facile consecuti sunt, ne consulares provincias obtinentibus succederetur. Oritur quaestio, si consulares provinciae lege Sempronia decretae non sunt, quo modo Pompeius Hispanias, Crassus Syriam, vtramque consulem accepit? Non senatus consulto, sed lege tribunicia, quam tulit C. Trebonius, ut iis provinciis quinquennium uterque praesideret. nam, si a senatu lege Sempronia provincias accepissent; annua tantum provinciarum fuisset administratio. quam ob causam, et simul quia verebantur, ne Galliae sibi a Caesaris aduersariis decernerentur, petere provincias, omissa lege Sempronia a populo maluerunt, Caesaris exemplum secuti, qui et ipse Galliam citeriorem inuito senatu, lege Vatinia in quinquennium accepit. Restat illud, quod historiae ordo postulat, ut ostendamus, haec tria, de stipendio Caesaris decreto, de decem legatis, de prorogata provincia, quamquam a Cicerone continenti narratione demonstrantur, temporibus tamen distinguui. non enim facta eodem anno sunt omnia: sed stipendium cum decem legatis decretum Marcellino et Philippo cons. quod indicat oratio de provinciis habita, ut ait Asconius, iis consularibus. in ea enim oratione de decem legatis mentio sit, de prorogata provincia verbum nullum. prorogata autem sequenti anno, Pompeio et Crasso cons. Suetonius in Iulio c. 24. Velleius lib. 2. c. 46. Plutarchus

in Gracchis, Appianus lib. 3. Dio lib. 39. Cicero ipse lib. 8. ad Attic. epist. 3. declarat.

Quod ad te ERN. Quod ego ad te b. cuius scribo] Sic libri mei, sic Medicus: et recte. mutare tamen nonnullis placuit, et pro, ego, ponere, eo.

Non delectat] Pluribus enim verbis, quae nos delectant, persequimur.

Litteris omnibus] Iuri civili, philosophiae, historiae, poeticae etiam facultati: quae ad oratoriam laudem cum pertineant, culta sunt a Cicerone diligenter: quod ipse suis in libris, et Plutarchus in eius vita testatum reliquit.

Tu, rebus tuis integris, discas] Me docuit calamitas: tu in re tua, non ita magna mercede, potes discere.

Neque salutis nostrae] Ut rempublicam quidem, sed simul cum ea nosmetipsos diligamus.

De filia, et de Crassipede] Ciceronis filia Tullia ter nupsit, contra quam Pedianus et Plutarchus videntur existimasse, L. Calpurnio Pisone Frugi, Furio Crassipedi, cuius numquam praenomen inueni, P. Cornelio Dolabellae. Piso periit exfulante Cicerone; Crassipedis interitus mentio nulla; ut dimissam ab eo putem: Dolabella diuortium fecit: nec multo post ex partu decessit. quae colliguntur omnia ex his, et ad Atticum, et ad Q. Fratrem epistolis.

Speroque et opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore] Fore, ad verbum, spero, non ad, opto, respicit. nam, opto esse, dicitur, non, opto fore. quo factum est, ut nonnulli, de mendo suspicati, legendum

dum putauerint, *optoque et spero*, ignari scilicet Ciceronianae consuetudinis: cuius exempla possum afferre multa, sed vno contentus ero: quo satis probabitur, non eius, quod prope adest, sed quod longius distat, nominis habitam esse rationem. prima verba lib. 1. de Leg. haec sunt: *Lucus quidem ille, et haec Arpinatium quercus agnoscitur, saepe a me lectus in Mario.*

Lentulum nostrum] Naturalem huius P. Lentuli filium, adoptivum autem Manlii Torquati, ut Dio lib. 39. narrat. Hunc ab Octaviano, victis reipublicae partibus, occisum ait Plutarchus, falso gloriatum, inani studio laudis, se quoque Caesaris necis cum Bruto et Cassio participem fuisse; quod ipsemet fateatur lib. 12. epist. 14. his verbis: *Ego me de republica puto esse meritum, ut non provinciae istius beneficium expectare debeam, sed tantum, quantum Cassius, et Brutus, non solum illius facti periculi, sed societate, sed etiam huius temporis studio et virtute.*

Eximia spe, summae virtutis adolescentem] Eadem sententia de Curione dixit in Phil. 2. c. 18. *Adolescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum.* In pueris autem, et adolescentibus laudari solet spes, facta non possunt. Huc pertinet Serui locus, ubi explanatur illud Virgilii ex lib. 6. Aen. v. 877. *In tantum spe tollet aevos* Rhetorice, ait, *spem laudat in puero, quia facta non invenit. est autem Ciceronis in Dialogo: Fanni, causa difficilis, laudare puerum: non enim res laudanda, sed spes est.*

Studiusi] Scientiam litterarum Lentulo tribuere videtur Cicero in libro de clar. orat. c. 77. cum ait:

Quidquid habuit, quantumcumque fuit, illud totum habuit ex disciplina: instrumenta naturae deerant.

Imitatione tui fac erudias] Ut in tuam vitam, tamquam in speculum, intuens, tibi studeat esse quam simillimus. virtutis enim disciplinam meliorem reperiet nullam, quam contemplationem, atque imitationem tui. Quibus verbis usus est Cicero de filio suo in epist. 7. ad M. Brutum.

Nulla enim erit hac praestantior disciplina] Legerat accuratissime Cicero Xenophontis libros de Cyro maiore conscriptos. quod ipse lib. 9. epist. 25. ad Papirium ostendit his verbis: *παιδείαν Κύρου, quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicavi.* Ex ea lectione haec erant praeclara multa in illius memoria, ut hoc fortasse de maiorum imitatione. nam apud Xenophontem lib. 8. c. 17. sic Cyrus moriens filios alloquitur: *Ἐγὼ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, οἷός τις ἑστὶς πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μή, καὶ πατέρα τῶν προγεγενημένων μανθάνετε, αὕτη γὰρ ἐστὶν διδασκαλία.*

Quia tuus] Amamus enim amicorum filios, qualescumque sunt, parentum causa. quam sententiam confirmant Trebonii verba lib. 12. epist. 16. *Tibi, inquit, quod vere facere possum, libenter gratulor, nec minus etiam nobis: quod eum, quem necesse erat diligere, qualiscumque esset, talem habemus, ut libenter quoque diligamus.*

Quia te dignus] Virtuti deditus, ac probitati: ut, etiam si tuus non sit filius, amandus tamen suo pte merito videatur.